Fragmentarium

prestatio quam apostoli probaverit.
De novo nunc loquor testa-
mento: quod grecum esse non
dubium eſt. excepto apostolo ma-
theo. qui primus in iudea e-
vangelium Christi hebraicis lit-
teris edidit. Hoc certe quod
in nostro ſermone diſcordat. et
in diverſos rivulorum tra-
mites ducit: uno de fonte
querendum eſt. Pretermitto e-
os codices. quos a luciano et
esychio nuncupatos paucorum
hominum aſſerit perversa con-
tentio: quibus utique nec in ve-
teri instrumento poſt ſeptu-
aginta interpretes emenda-
re quid licuit. nec in novo pro-
fuit emendaſſe: cum multa-
rum gentium linguis ſcrip-
tura ante tranſlata doceat
falſa eſſe que addita ſunt. Igi-
tur hec preſens prefatiuncula
pollicetur quattuor tantum
evangelia. quorum ordo iſte eſt.
matheus. marcus. lucas. io-
hannes: codicum grecorum
emendata collatione. ſed ve-
terum. Que ne multum a lec-
tionis latine conſuetudine

diſcreparent: ita calamo im-
peravimus: ut his tantum que
ſenſum videbantur mutare
correctis. reliqua manere pa-
teremur ut fuerant. Canones
quoque quos euſebius ceſarien-
ſis epiſcopus alexandrinum
ſecutus ammonium in decem
numeros ordinavit. ſicut in
greco habentur expreſſimus:
quo ſiquis de curioſis volue-
rit noſſe: que in evangeliis vel
eadem. vel vicina. vel ſola ſint.
eorum distinctione cognoſcat.
Magnus ſiquidem hic in no-
ſtris codicibus error inolevit:
dum quod in eadem re alius
evangeliſta plus dixit. in alio
quia minus putaverint ad-
diderunt: vel dum eundem
ſenſum alius aliter expreſſit.
ille qui unum e quattuor pri-
mum legerat. ad eius exemplum
ceteros quoque eſtimaverit e-
mendandos. Unde accidit
ut apud nos mixta ſint om-
nia: et in marco plura luce
atque mathei: rurſum in ma-
theo iohannis et marci: et in cete-
ris reliquorum que aliis propria

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 8823, 2v – Biblia Sacra
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-0dx6/1853/22722)